12 ro

⁊ erunt duo in carne una. Erat
autem uterque nudus adam ſcilicet ⁊
C. iii. uxor eius ⁊ non erubeſcebant. Sed ⁊
ſerpens erat callidior cunctis animantibus
terre: que fecerat dominus deus. Qui dixit ad
mulierem. Cur precepit uobis dominus ut non
comederetis de omni ligno paradiſi?
Cui reſpondit mulier. De fructu lignorum
que ſunt in paradiſo ueſcimur. de fruc
tu uero ligni quod eſt in medio paradiſi:
precepit nobis deus ne comederemus ⁊ ne tan
geremus illud: ne forte moriamur.
Dixit autem ſerpens ad mulierem. Nequaquam
morte moriemini. Scit enim
deus quod in quocumque die comederitis ex eo:
aperientur oculi ueſtri. ⁊ eritis ſicut dii ſcien
tes bonum ⁊ malum. Vidit igitur
mulier quod bonum eſſet lignum ad ueſ
cendum ⁊ pulcrum oculis. aſpectuque de
lectabile: ⁊ tulit de fructu illius ⁊ co
medit. deditque uiro, qui comedit: ⁊
aperti ſunt oculi amborum. Cumque cogno
uiſſent ſe eſſe nudos: conſuerunt folia
ficus. ⁊ fecerunt ſibi perizomata.



2011 Ministerio de Cultura